



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Jn Caput X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Anno Regni Domini Othonis XIV.) Apographum Bamberg. XIII. Etiam hinc liquet, diploma pertinere ad Othonem II. quia Otho III. tantum XII. annis Regis titulo Imperium administravit, Imperator inunctus 996. nec VII. annos Imperator fuit: sed tantum VI. Otto autem Secundus quatuordecim annos Rex fuit; Rex creatus anno 961. Et solus imperare ingressus 974. Licet enim Anno 967. inunctus fuerit Imperator, Imperij tamen anni Ottonis non computantur, nisi ab obitu parentis Ottonis Magni. Sed est error librarij in Indictione, quæ anno VII. Imperij Ottonis non fuit prima, sed octava.

### In Caput X.

**A**nno igitur ab Incarnatione) Baronius ex lib. 6. Ditmari refert hanc Synodum ad Annum MVI. Lege Ditmarum lib. 6. Bambergense Apographum convenit cum nostro Codice, ut & liber manuscriptus, in quo varia diplomata & literæ Imperatorum, Regum, Principum, Pontificum & Episcoporum continentur missus ad me Vienna Austriæ à clarissimo & eruditissimo Domino SEBASTIANO TENGNAGEL: nisi quòd de die diffusio est: sic enim dicitur Codex. Anno Dominicæ Incarnationis M VII. Indiçt. V. Kal. Nouemb.

Anno regni sui VII.) Cod. Vienn. & Apograph. Bamberg. VI.

In eodem anno regni sui) Cod. Vienn. Regni sui VI.

Raterzgeuue dictum) Cod. Vienn. Raterzgeuui. Paulò pòst; Volzfelt.

CL. mansos) Ita etiam Cod. Vienn. Apograph. Bamberg. CXL.

Memmingun.) Cod. Vienn. Meinungim. Apograph. Bamberg. Meinungen.

Multiq̄, qui presentes) Quos Codex Viennensis ita nominat. In hoc consentientibus & perspicentibus (fortè, perficientibus) imprimis videlicet VVirzeburgensi Episcopo Henrico, & VVilligiso venerã-

do Archiepiscopo Moguntino, & Burchardo VVormaciensi, & VValtero Spirensi, & VVerenharo Strasburgensi, & Adalberone Basileensi, & Oudalrico Curienfi, & Liutolpho Archiepiscopo Treuerēfi, & Theodorico Metensi, & Bertoldo Tullensi, & Heimone VViridunensi, & Heriberto Archiepiscopo Coloniensi, & Norkero Leodiensi, & Ertvino Cameracensi, & Daginone Archiepiscopo Magdeburgensi, & Hildolpho Mantuano.

At Romanus Pontifex) Cod. Vienn. Romanus verò Pontifex & Vniuersalis Papa Ioannes precatórias prædicti Henrici literas inspiciens & piissimi Regis deuotioni congaudens; habità in sancti Petri Basilica Synodo pro confirmãdo Babenbergensi Episcopatu, priuilegium fecit conscribi & Apostolica auctoritate corroborari, vniuersis Gallia & Germania Episcopis rescribens, vt & ipsi pari communiq; auctoritate eundem Episcopatum corroborarent & confirmarent.

### In Caput XII.



E Bulla Ioannis Pontificis, & qui nam Præsules eam subscriptione sua confirmarint, ita Codex Vienn.

Quod videlicet priuilegium venerabiles Patres in supradicto Frankensurt habito generali Concilio consistentes, summa veneratione legendo suscipientes, & Apostolicæ auctoritati obediētes, deuotius mentibus subscribendo, vnanimiter laudauerunt, communiterq; corroborauerunt. VVilgigis sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus, qui eadem Synodo vice Romanæ Ecclesiæ præsidebam, collaudauit, & subscripsit: RATHERUS Padelbrunnensis Ecclesiæ Episcopus interfuit & subscr. MEGINGANDUS, Eichstatis Episcopus interfuit & subscr. BERENVVARDUS Hildinifheimensis Episcopus interfuit & subscr. LAMBERTUS Constantiensis Episcopus interfuit & subscripsit: ARNOLDUS Halberstatis interf. & subscr. OUDALRICUS Curienfi Episcopus interfuit, & subscr. BURCHARDUS VVormaciensis Episc. interf. & subscr. VVERENHARIUS Argentinens. Episc. interf. VVALTERUS Spirensis Episc. interf. & subscr. BRUN. AUGUSTENSIS Episc. interfuit, collaudauit & subscr. LIUDOLPHUS Treuerens. Archiepisc. interfuit & subscr. BERTOLDUS Tullens. Episc. interfuit: HEIMO VViridunens. Episcop. interfuit & subscr. HARTVVIGUS Luvavens. Archiepisc. interfuit: CHRISTIANUS Patauiens. Episcop. interf. & subscr. GEBHARDUS Ratisponens. interf. & subscr. EGIBER-